

bus nisi tomento argenteo, foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis, ramis dichotomis nec corymbosis.

CL. CREPIS Lin: gen: ed: Schreb: n. 1412. excl: paucis stirpib: = Spr: syst: n. 2877, = Lam: ill: t. 651. (*Cichoraceæ* sect: II. Juss:).

» *Anthod:* polyphyllum basi calyculo brevior in-  
» terdum deciduo cinctum. *Recept:* nudum. *Pappus*  
» sessilis. »

*Obs:* Genus constans ex Spr: stirpibus 40. circiter fere omnibus europæis, paucis asiaticis vel americanis, herbacelis caulescentibus vel scapigeris, foliis indivisis lyratis aut pinnatifidis, inflorescentiâ varia.

● 1. *Cr: diffusa* = Spr: syst: III. 634. ex DC. = *Cr: virens* W. sp: III. 1604. non L. sec: Spr: = Ic: taur: vol. 12. t. 64. (*Germaniæ, Gallia. Pedem: ad limites agrorum ALL: n. 805. sub Cr: virente? Ræ fl: segus: p. 66. et fl: tor: II. p. 51. Provinc: Novariens: in subalpinis locis pinguis rara, in circumdantiis Intræ ad margines pratorum di S. Giovanni, in collibus di Prato et valle Sessitis BIRÖLI fl: acon: II. p. 60. pro Cr: pinnatifida. Sardin: ad vias frequens MORIS st: sard: I. p. 27. ). Ann: Pumila vel elatior glabra ramosa, folia inferiora oblongo-lanceolata plus minusve profunde dentata superiora subintegerrima, anthodium pubescens, flores parvi. Planta valde dubia facile confundenda cum *Cr: virente* L. et cum *Cr: pinnatifida* W. et staturam et præsertim foliorum inferiorum structuram quæ in hisce plantis valde variat. Cl: Ræ observat, veram *Cr: virentem* invenisse in arvis prope ædem D. Pancrattii, varie-*

*Crepides dubicæ.*

19. *Cr: suaveolens* = H. Erf: indescr: Ita in scheda ex hb: BIROLI. Planta pumila villosiuscula sub-caulescens, folia omnia lanceolato-sub-lyrata inferiora in petiolum attenuata caulina amplexicaulia floralia linearia squamiformia, caulis sub-1-florus, calyculus brevissimus patentiusculus, anthodii squamæ adpressæ ciliatæ margine sub-scariosæ (Patria?) = 20. *Cr: spinosissima* = Bellard: hb: sine alia indicatione. Specim: unicum refert caulem erectum rigidum sub-simplex pilis rigidis (non spinis) uti tota planta adpersum, folia omnia integerrima lanceolata margine sub-revoluta 1-nervia nervo prominulo, pedunculos rigidissimos 1-2-floros clavatos, calyculi foliola filiformia patentia anthodium sub-æquantia, anthodii squamas membranaceas. = 21. *Cr: integrifolia* = Gaud: sp: nova. Ita in scheda ex hb: BIROLI. VENT: sec: STEUD: Planta dodrantalis glaberrima simplicissima, folia omnia integerrima radicalia lanceolata caulina linearia, pedunculi sub-corymbosi lineares squamulosi, calyculus filiformis anthodio dimidio brevior, anthodii squamæ membranaceæ subulatæ. = 22. *Cr: croatica* = H. Vindeb: Ita in scheda ex hb: BIROLI. KIT: sec: STEUD: Planta sesquipedalis ramoſissima glabriuscula, folia omnia lanceolata radicalia sub-lyrata laciniis dentatis superiora sub-plexicaulia inæqualiter dentata dentibus infimis majoribus auriculæformibus, panícula laxa, pedunculi sub-corymbosi, calyculus brevissimus, anthodii squamæ incano-villosæ adpressiusculæ.